

Prologus

pro vino ut biberent. **Ulex** quod mihi et vobis
tirus et sidon et omnis terminus palestinorum.
Nunc quod vitionem vos reddetis mihi. et
si vlcissimumi vos pro me cito velociter red-
dam vicissitudinem vobis super caput vestrum.
Argentum non meum et aurum tulistis et de fide-
rabilia mea et pulcherrima intulistis in de-
lubra vestra. Et filios iuda et filios ieru-
salem vendidistis filiis grecorum. ut longe fa-
ceretis eos de finibus suis. Ecce ego sur-
scitabo eos de loco in quo vendidistis eos et
uertam retributionem vestram in caput vestrum.
Et vendam filios vestros et filias vestras in ma-
nibus filiorum iuda. et vendabunt eos sa-
beris genti longinque. quia dominus locutus est.
Clamate hec in gentibus scificate bellum
suscitate robustos. Ascendant accedant
omnes viri bellatores. Occidite aratro vestra
in gladios. et ligones vestros in lanceas.
Infirmus dicat quia ego fortis sum. Eru-
pitem et venite omnes gentes de circuitu. et
congregamini. Ibi occubere faciet dominus
robustos tuos. Consurgant et ascendant
gentes in vallē iosaphat. quia ibi sedebat ut
iudicet omnes gentes in circuitu. Mittite
falces quoniam maturauit messis. Venite et
descendite. quia plenum est torcular. Exube-
rant torcularia. quia multiplicata est mali-
cia eorum. Populi populi in valle consensionis
Sol et luna obtenebrati sunt. et stelle
retraxerunt splendorē suum. Et dominus de si-
on rugiet et de hierusalem dabit vocem suam
Et mouebuntur celi et terra et dominus spes
populi sui. et fortitudo filiorum israel. Et scie-
tis quia ego dominus deus vestrum. habitans in sion
in monte sancto meo. Et erit hierusalem sancta.
et alieni non transibunt per eam amplius. Et
erit in die illa stillabunt montes dulcedi-
nem et colles fluent lacte. Et per omnes riuos
iuda ibunt aqua et fons de domo domini egre-
diatur. et irrigabit torrentem spinarum
Egiptus in desolatione erit et idumea
in desertum perditionis. per eo quod inique
egerint in filios iuda. et effuderit san-
guinem innocentem in terra sua. Et iudea
in eternum habitabit et hierusalem in genera-
tionem et generationem. Et mundabo san-

guinem eorum quos non mundaueram tor-
minus commorabit in sion.

Explicit Iohel propheta. Incipit pro-
logus in Amos prophetam.

O gias rex cum religionem sollici-
te emularet. nimio religio-
nis amore puocatus. circa pro-
ceptum legis moysi arrepto
thuribulo ut in bosforia libri secundi pa-
lipomeno ostendit. sacerdotale officium
presumere conatus est. Ob eam rem terre-
motum in templo dei et ortum proficit. cuius etiam
zacharias propheta meminit. An hunc ita-
que terremotum amos propheta tribus predicti
regis et tribus hierosolymam filii ioas regis is-
rael. in eas gentes que electione prophetice sunt
ira dei ob eas causas que memorauit affuturam
denunciat. Et quia idem propheta in sequentibus
ait. Super tribus impietatibus et super quatuor
non uertam eum. tercio peccatorum indulgentiam
deum dare posse significat. que quarto eadem
peccata admittentibus. nec penitentiam nec indul-
gentiam daturus annunciat. Nam per ignis simi-
litudinem. que in predictas gentes immi-
tendum predictum. quem atque irremediabilem
dei iram aduersus non eandem ciuitatem
tunc peccatorem voluit demonstrare.

Item alius prologus.

O mos propheta pastor et ru-
sticus et rubeus mox diffin-
gēs. paucis vobis explica-
ri non potest. Quis est digne
expmat tria et quatuor scele-
ra damasci. gage. tiri. idumee filiorum am-
mon. et moab. et septimo octauoque gra-
du iude et israel. Hic loquitur ad vacas
pingues que sunt in monte samarie et rui-
turam domum maiorem minorumque testatur.
Ipsa cernit victorem locuste. et stantem do-
minum super murum litum vel adamatum et vi-
cinum pomorum attrahentem supplicia peccato-
rum et famem in terra. non famem panis
neque sitim aqua. sed audiendi verbum domi-
ni. non dixit verba sed verbum. Amos pro-

interpretatur onustus. Hic amos specialiter gratia plenus prophetavit inter ceteros prophetas. Non enim solus ipse erat propheta, sed etiam alij. Et quippe non poterat propheta esse, nisi pastor ante fuisset, qui etiam tuba sua clangit per singulos dies erudiens et docens in ecclesia. In veritate enim vox omnium prophetarum tamquam tuba spiritualis est predicans in ecclesia. sicut quod scriptum est. Ascende in montem excelsum tuum qui euangelizas sion, exalta vocem tuam qui predicas hierusalem.

Item alius prologus.

Hic amos propheta et pastor non fuit pater esaiæ prophetae, quia quæ et ille propheta extiterit. Nam alijs litteris ille, alijs isse apud hebreos scribitur que differentia litterarum apud latinos non habetur, et ille fortis vel robustus, hic vero auulsus interpretatur, quia loquitur contra decem tribus, que per idolatriam a cultu dei et a regno dauid erant auulse. Fuit autem cognatio eius ex oppido thecuce quod sex miliaribus distat a bethleem curam gerens pecorum in latitudine camporum que sunt proximi oppido thecuce in quibus humi arido atque arenoso nihil omnino frugum gignitur, sed uberrimis pascuis abundant, et ideo cuncta sunt plena pastoribus, et sterilitas terre compensatur pecorum multitudine. Et hoc numero pastorum fuit amos impitius sicut modo sed plenus scientia. Prophetavit autem eiusdem temporibus quibus iohel, naum, ionas, osee, esaias. Sed aliquantulum erosus est prophetare antequam esaias. Maxime autem in decem tribus locutus est pauca de duabus interfueris. Hinc ablatum de numero pastorum misit dominus ut in samaria prophetaret, quem amasias sacerdos frequenter plagis afflixit, tandem filius eius osias recte per tempora transiit. Post hec semivivus in terram suam euectus post aliquot dies dolore vulneris expiravit, sepultus est cum patribus suis.

Explicite prologus. Incipit Amos propheta Capitulum. I

Verba Amos

Qui fuit in palioralibus thecuce, que vidit super israel in diebus osie regis iuda et in diebus hierobam filij ioas regis israel ante duos annos terremotus. Et dixit Dominus de sion rugiet, et de hierusalem dabit vocem suam. Et luxerunt speciosa porta, et ericatus est verter carmeli. Hec dicit dominus super tribus sceleribus damasci et super quatuor non convertam eum, eo quod trituraverunt in plastris ferreis galaad. Et mittam ignem in domum asabel et devorabit domos benadab. Et ceteram rectem damasci, et disperdam habitatozem de campo idoli et tenentem sceptrum de domo voluptatis et transferetur populus sirie cirenem dicit dominus. Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus gase et super quatuor non convertam eum, eo quod transfulerit captiuitatem perfectam ut concluderet eam in idumea. Et mittam ignem in murum gase, et devorabit edes eius, et disperdam habitatozem de asoto et tenentem sceptrum de ascalone, et convertam manum meam super accharon, et peribunt reliqui philistinorum dicit dominus. Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus tiri et super quatuor non convertam eum, eo quod concluserint captiuitatem perfectam in idumea, et non sint recordati federis fratrum. Et mittam ignem in murum tiri et devorabit edes eius. Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus edom et super quatuor non convertam eum, eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, et violaverit misericordiam eius, et tenuerit ultra furorem suum, et indignationem suam servauerit usque in finem. Mittam ignem in theman et devorabit edes tose. Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus filiorum ammon et super quatuor non convertam eum, eo quod